omni voluptate frueretur. et oblecta
ret se in his que preparaveram. et hanc
ratus sum partem meam si uterer labo
re meo. Cumque me convertissem ad u
niversa opera que fecerant manus mee.
et ad labores in quibus frustra sudave
ram. vidi in omnibus vanitatem et af
flictionem animi. et nichil permanere sub so
le. Transivi ad contemplandam sapientiam
erroresque et stultitiam. Quid est inquit homo
ut sequi possit regem factorem suum?
et vidi quod tantum precederet sapientia stulti
tiam: quantum differt lux a tenebris.
Sapientis oculi in capite eius. stultus in
tenebris ambulat. Et didici quod unus
utriusque esset interitus. Et dixi in corde me
o. Si unus et stulti et meus occasus erit.
quid michi prodest quod maiorem sapientie dedi
operam? locutusque cum mente mea. animadver
ti quod hoc quoque esset vanitas. Non enim erit
memoria sapientis similiter ut stulti in per
petuum: et futura tempora oblivione cuncta
pariter operient. Moritur doctus similiter et in
doctus. Et iccirco tedium me vite mee.
videntem mala esse universa sub sole. et
cuncta vanitatem atque afflictionem spiritus.
Rursum detestatus sum omnem industri
am meam qua sub sole studiosissime
laboravi. habiturus heredem post me
quem ignoro utrum sapiens an stultus fu
turus sit. et dominabitur in laboribus meis
quibus desudavi et sollicitus fui. Et est
quicquam tam vanum? Unde cessavi. re
nunciavitque cor meum ultra laborare sub
sole. Nam cum alius laboret in sapientia
et doctrina et sollicitudine: homini ocioso que
sita dimittit. Et hoc ergo vanitas: et
magnum malum. Quid enim proderit homini de
universo labore suo. et afflictione spiritus qua
sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius
doloribus et erumpnis pleni sunt. nec per
noctem mente requiescit. Et hec nonne va
nitas? Nonne melius est comedere et bi
bere et ostendere anime sue bona de labori
bus suis: et hoc de manu dei est. Quis ita
devorabit et deliciis affluet ut ego?
Homini bono in conspectu suo dedit deus sapi
entiam et scientiam et leticiam. peccatori autem dedit
afflictionem et curam superfluam. ut ad
dat et congreget et tradat ei qui placuit
deo. Sed et hoc vanitas et cassa sollicitu
do mentis.

## III

Omnia tempus habent. et suis spaciis
transeunt universa sub celo. Tempus nas
cendi et tempus moriendi. Tempus plantan
di: et tempus evellendi quod plantatum est. Tempus
occidendi: et tempus sanandi. Tempus destruen
di: et tempus edificandi. Tempus flendi: et tempus
ridendi. Tempus plangendi: et tempus saltandi.
Tempus spargendi lapides: et tempus colligen
di. Tempus amplexandi: et tempus longe fieri ab
amplexibus. Tempus acquirendi: et tempus per
dendi. Tempus custodiendi: et tempus abicien
di. Tempus scindendi: et tempus consuendi. Tempus
tacendi: et tempus loquendi. Tempus dilectionis
et tempus odii. Tempus belli: et tempus pacis.
Quid habet amplius homo de labore suo?
Vidi afflictionem quam dedit deus filiis ho
minum. ut distendantur in ea. Cunc
ta fecit bona in tempore suo. et mundum tra
didit disputationi eorum: ut non inveniat homo
opus quod operatus est deus ab initio usque
ad finem. Et cognovi quod non esset me
lius nisi letari et facere bene in vita sua.
Omnis enim homo qui comedit et bibit et videt
bonum de labore suo: hoc donum dei est.
Didici quod omnia opera que fecit deus: perseverent
in eternum. Non possumus his quicquam
addere nec auferre: que fecit deus ut time
atur. Quod factum est ipsum permanet. et que
futura sunt iam fuerunt. et deus instaurat
quod abiit. Vidi sub sole in loco iudi
cii impietatem. et in loco iusticie iniquita
tem. et dixi in corde meo. Iustum et impium
iudicabit deus: et tempus omnis rei tunc erit.
Dixi in corde meo de filiis hominum. ut